

Johann Bacmeister

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Med.  
D. & Professor Ad Funerale Sacrum Quod ... Dorotheae Neucrantiae, Viri ... Dn.  
Michaelis Neucrantzii, p.m. Med. D. ... relictæ Viduae, Liberi moestissimi Hodie ...  
paratum cupiunt Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777385872>

Druck    Freier  Zugang



Bacmeister, J.,  
in  
**D. Wegener,**  
**uxor. M. Neucrantz.**  
Rostock, 1656.

41.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777385872/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777385872/phys_0002)

DFG





PROGRAMMA  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**JOANNES BACMEISTERUS,**  
Med. D. & Professor  
Ad **MUNERALE SACRUM**  
Quod  
*Matrona honestissima*  
**DOROTHEÆ NEU-**  
**GRANTZIÆ,**  
VIRI  
**EXCELLENTISSIMI, EXPERIENTISSIMI,**  
**CLARISSIMI**  
**DN. MICHAELIS NEUCRANTZII,**  
p. m. Med. D. ac Practici quondam  
felicissimi relictae Viduae,  
Liberi moestissimi  
*Hodie Hora Prima in Templo Mariano paratum cupiunt*  
Cives Academicos, eâ qua pars est ratione, pera-  
mantur invitati.  
• 8(0)80 •  
**ROSTOCHII,**  
Typis Hægedum **NICOLAI KILII.** Acad. Typ.  
Anno 1656.

**B**Thnici ex rationis luce humano  
more Vitam æstimantes ejus misere-  
rias agnoverunt, & deplorarunt;  
& licet veræ vitæ ignari essent; non  
tamen cum vitâ animam interire,  
sed eam per mortem quasi per *δάλνων*, vel potius,  
ut Plutarchus ait *ὕπον τὸν ἀπόθνιαν* à corpore separa-  
ri, & vel in alios homines migrate, vel in cam-  
pis Elysii quiescere, ac omnis generis deliciis  
affluere statuerunt. Unde etiam quidam vio-  
lentas sibi ipsis manus imposuere, ut eo citius hac  
felicitate potirentur, quemadmodum de Cle-  
ombroto memoriz proditum est, quod hanc  
ob causam se ipsum de recto præcipitarit. Et Anti-  
pater Tharsensis fortunæ gratias egisse dicitur,  
quod felici Favonio ex fluctibus mundanis in  
postum beatitudinis deductus esset. Nec non  
Cercida, cuius Ælianuſ facit mentionem, luben-  
ter se moriturum aiebat, post mortem enim se re-  
visurum Pythagoram, Hecateum, Homerum,  
aliosq; Viros doctos. Nos verò, qui stipendium  
peccati mortem esse scimus, nauum hoc omni-  
bus exsolvendum esse intelligimus, eoq; exso-  
luto ex hoc terrestri Climate, in quo Vita erat in  
exilio, Via in periculo, finis in dubio, nos non  
adfectos quosdam campos, sed beatorum sedem,  
ubi dolor non sentitur, gemitus non auditur,  
malum non timetur, transire credimus, ibiq; nos

P\*

per fidem in Christum cum omnibus iis, quos amicissimos & conjunctissimos habuimus, aeternam gloria potituros certò confidimus, mortis heteratos aculeos & retusa spicula minimè exhorrescere, sed ad horam ultimam quotidie nos preparare, & votum Pauli: *Cupio dissolvi & cum Christo esse;* nobis applicare debemus. Quod ipsum subsequentibus verbis egregiè nobis inculcat Arrianus l. 2 in Epist. c. 6. quando: *Qua de causâ, inquit,* nascuntur spicæ? nonne ut arescant, ut demetantur? neq; enim absoluæ sunt. *Quod si sensum haberent, vota ne facerent, ut ne unquam demeterentur?* Ea vero spicis execratio esset, nunquam eas demeti. Sic hominibus etiam execrationem esse scindendum est, nunquam eos emori, neq; aliud id esse, quam neq; maturescere unquam, neq; demeti: *Nos autem cum iidem simus, quos & demeti oportet, & istuc ipsum intelligere nos demeti, propterea succenseremus?* neq; enim scimus qui simus, neq; res mortales ita meditatas habemus ut equites res equestres. Et Euripides scit:

--- αλλ' ἀγαγκιώς ἔχει  
Βίον ἑρζειν, ὥστε νόοπτιμον σάχυν,  
Καὶ τὸ μὲν εἶτε, τὸ δὲ μὴ πάντα δέ  
Στένειν, ἀπεργεῖν Φύσιν διεκπεργάν Ι. Ε.

--- Necessum est enim.

Ut spica que maturuit vitam mei.

Hunc vivere, illum præmori: quid attinet

Deflere, sustinere que nati sumus.

Colligendæ igitur sunt sarcinulæ, & antequam abeamus de abitu cogitandum, nec in spes novas Vita disponenda. Et hoc quam diu in vivis superfuit oculis menteq; versavit, sarcinas, ac si abitura semper esset, collegit, unum hoc bonum magni fecit, parvi cætera gesti mavit præsens hæc nostra pie defuncta DOROTHEA Wegeners. Inde factum. ut nullus ipsi labor durus nullum vitæ tempus longum visum fuerit, ut pote in quo

gloriam æternitatis acquirere satagebat. Cujus Originem & laudatissimam familiam non est ut prolixè delineemus, parentationem illa condignam postulat, quam charta hæc non capit. Civitas tota piè defunctæ Virtutes decantat, nec est nisi improbissimus, qui ejus famam Theonino arrodere dente ausit. Edita autem & extrusa fuit Matrona hæc honestissima in hanc lachrymabilem misericordiarum vallem Anno M. DC. XV. die XVI. Aprilis Patre Viro Spectatissimo ac Prudentissimo Dn. JOHANNE Wegenern/ Senatore hujus Urbis dum in vivis esset, grayissimo, ob animi candorem & probitatem singularem non satis laudato, quem ante duos annos & IX. menses in decrepita ætate constitutum fata sustulerunt. Matre Matrona laudatissima GERTRUDA Detloffs/ quæ obitum filiæ desideratissimæ acerbe lugeret. Avum Paternum habuit Virum JOHANNEM Wegenern/ Civem & Mercatorem in hac Civitate primarium, Aviam vero ELISABETAM Verens foemnam castissimam. Maternum Avum laudavit JOHANNEM Detloff/ Civem Cerevisiarium, & tribus seu Collegii nautici Seniorem honorabilem: Aviam autem CATHARINAM Zandken/ Matronam conspicuā. Ab his parentibus egregiam indolem, virtutumq; semina traxit, pietatem, castitatem & modestiam cum lacte veluti materno imbibit, quæ virtutes ubi latere ne quidem in ætate infantili potuerunt, ita parentum cura & industria exultæ, sensim emicuerunt, & veritatem Versiculi veteris probarunt

Ιανουαριανη Φυτη δηλει α μέλλει κάροπι έσεσθαι  
Virtutes illas Virginales, non futo, cerussa vel purpura, sed pietatis splendore exornabat, eoq; velut effigie acicissimo Philtro, honestos multorum amores sibi conciliabat, perpetuisq; laboribus isti segui conyenientibus

bus ad exemplum Helcanæ, Paulinæ & Demetriadis se obli-  
ctabat, ut non opus esset, eam nubilem loco moniti sponsali-  
tii, more Romanorum fuso & colo donare, postesve Marita-  
les lana coronare. Hæ virtutes Virum Excellentissimum  
ac Clarissimum Dn. JOACHIMUM fulbire, Philosophiæ  
Magistrum & Theologiæ Candidatum eximum accessive-  
runt, ut tam selectæ & pudicæ Virginis amplexus peteret  
& annuentibus facile parentibus & agnatis, obtineret, Qui il-  
lam suam DOROTHEAM tanquam dñi. Febr. VII. Calend.  
Octobr. Anno M. DC XX XVII. domum suam duxit. Quem  
cum ista sponsæ electio minime frustrata esset, accessit ad  
syavissimā oīçyias divina benedictio. Ast eheu! nimis cito, &  
antequam foetus in utero Materno adhuc absconditus in lu-  
cent edebatur, optatissimo sagallis thalami coniorte orbatur,  
& in ipso conjugii initio Maritus fatis concedere cogitur,  
cum saltē per tres anni quadrantes unanimes turturum in-  
star vixissent. Oduram sorrem! Constituta itaq; in miseri-  
mo Viduitatis statu, felici partu tandem enixa est filiolam ele-  
gantissimam, cui nomen BARBARÆ in Babtismo indi-  
tum, quæ adhuc superstes cum lachrymis & moerore intolera-  
bili mortem Matris desideratissimæ deflet. Hunc suum Ma-  
ritum exoptatissimum non semi aut sesqui anno sed integro  
trienio Vidua luxit, donec tandem Anno M. DC. XLI.  
Vir Excellentissimus, Experientissimus, Clarissimus Dn.  
MICHAEL NEUCRANTZIUS Med. D. & Practicus hu-  
jus Urbis felicissimus hanc honestissimam Viduam sibi ma-  
trimonio jungeret. Verum JEHOVA, in cuius arbitrio res  
humanæ versantur, hoc conjugale duorum animorum ar-  
ctissimo amoris nexu colligatorum Vinculum præterlapsis  
vix aut ne vix quidem novem Mensibus iterum disruptum &  
Maritum relictæ Uxore grida in cælestem patriam migrare  
jussit. O deplorandam pariter ac detestandam conditionem!  
Mirum certe quod præ moerore animi non statim cum mar-

to defecerit, vel abortum passa, vel etiam accendentibus  
parturientis doloribus una cum foetu extincta sit. Attamen  
divino beneficio & Mater & foetus fuerg servati editaq; in  
lucem filiola, lavacro regenerationis eam initiari voluit, ac  
**ANNAM** nominari, quæ ob insperatum Matris Charissimæ  
obitum in summo cum sorore supra nominata, luctu versa-  
tur. Ab eo tempore licet Vidua nondum triginta annorum  
esset, nec procis destitueretur, maluit tamen turturis & pal-  
mae instar, utrumq; Maritum defiere & deflendo exarescere,  
quam ad vota tertia transvolando defunctorum Manes pios  
contristare, & hircissantium Viduarum lasciviam sectari.  
Sollicitata à Procis, Valeriazæ Messalaris exemplo maritum  
etiam si mortuum sibi tamen vivum ob oculos versari, & cor-  
di insculptum esse respondebat eumq; viduali Coronâ exor-  
nabat. Illud Andromachi, Hectorem suum inclamantis,  
apud Homerum, subinde ingeminabat.

Tu mihi, tu solus pater es materq; Verenda,  
Tu dulcis frater tu gratus ad omnia Conjur.  
Cum Maritis per exiguum illud temporis spacium adeo con-  
corditer vixit, ut Viriplacæ ingredi templum necessum  
haud fuerit. Per integros XVI annos in Viduatu vixit, omni-  
busq; illis virtutibus à Doctore Gentium Paulo ad Timoth. s.  
requisitis ubi, ι δὲ ὄντως χῆρα καὶ μεμονωμένη ἡλπίκει εἰπὲ τὸ  
γένος, καὶ τεσμένη τοῖς δευτεροῖς, καὶ τοῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ημέρας.  
decorata fuit, in dominum speravit, in fide permanit, ege-  
nis subvenit, filias in timore Domini educavit, salubribus  
præceptis imbuit sine morositate, cum ea nihil esset svayius  
Habebant in ea exemplum, quod non sine fructu intuerentur,  
& ex quo, quod ipsæ nec animadverterent nec intelligerent,  
proficerent tamen quotidie. Ad concordiam & amorem  
reciprocum colendum indesinenter eos commonuit, & ab  
ijsdem Deæ terrestris instar debita reverentia adamata, ob-  
servata & culta fuit. Nemini grayis, obsequiosa omnibus,  
& hanc

c.1

& hanc ob causam tam a' peregrinis quam agnatis cognatisq; adama a fuit, Imprimis vero venerandus Dn. Socer Vir EX-  
CELLENTISSIMUS ac Experientissimus Dn. D. MICHAEL NEU-  
CRANTZIUS Practicus hujus Civitatis dum in vivis esset  
celeberrimus, ut & illius filius defuncti Dn. Mariti fratres  
germani Dn. D. JOANNES, & Dn. D. PAULUS NEU-  
CRANTZII Physici Reipubl. Stralsundensis & Lubecensis  
respective celebratissimi, magno amore ob probitatem in-  
genii & indefessum labore ipsam prolecti sunt ac simul  
cum Matre senio confecta, Liberis, Fratribus & Sorore a-  
cerbe lugent. Durante viduitate variis obnoxia fuit mor-  
bis, & quamvis graves morbi eam subito non oppresserint  
tamen diuturna invaletudo, corpusculum alioqui tenuc la-  
befactarat, 8. Martii imbecillitas quædam eam invasit quæ ta-  
men præter lapsis aliquot diebus, & adhibitis convenientibus  
medicamentis iterum remisit. Verum ingravescente iterum  
morbo crescentibus variis iusq; gravissimis symptomatis,  
quibus febris quædam scorbutica erat conjuncta, & acceden-  
tibus passionibus Colicis, hyssericis, & nephriticis, quibus ali-  
as obnoxia videbatur, 13. Martii Dn. Confessionarium Virtum,  
pl. Reverendum & Clarissimum Dn. Lic. NICOLAUM  
RIDEMANNUM, ad se vocari iussit & ab ejus manu salvifi-  
cum Corporis & sanguinis Christi viaticum summa cum  
animi devotione accepit, & deinceps deficientibus progressu  
temporis viribus, nec medicamentis ab utroq; Medicorum præ-  
scriptis aliquid proficiens, XXVIII. præcedentis Mensis  
die cum ultimam imminere horam animadverteret, Liberos  
DEO Patri commendavit, & illis valedixit, accitoq; iterū Dn.  
Confessionario cum eo, quantum vires concedebant,  
de rebus divinis locuta est, & tandem in præsentia amico-  
rum placide in domino obdormivit. Et quidem haud ma-  
le cum illa actum esse scimus, quæ quod in sacris usurpari  
olim

olim solebat ἐφυγον καὶ ἀπεγένονται, ex tempestate hujus mundi in portum cælestem subducta. Quin potius gratulamur ei hanc tranquillitatem, hunc portum, hoc gaudium, Sed liberorum parentem follicitam ac sedulam curatricem requirentium vicem dolemus. Necessum itaq; est, Cives Academici omnium ordinum honoratissimi, ut hunc eorum dolorem totiusq; laudatissimæ familie luctum, qua possimus ac debemus ratione leniamus. Quod commode fieri poterit, si præsentie nostræ & frequente in cohonestandis exsequiis officio affectum & ἀρισταρχία nostram iis declaremus. Postulant illud à nobis non solum pie defunctæ Matronæ nostræ Uterq; Maritus jam dudum vita functi, Viri Ordinis literati, sed & omnes agnati & Affines Viri Clarissimi ac literatorum fautores eximii. Agite ergo quotquot jurisdictioni nostræ estis subjecti, & dum gratiam hanc toti familie facitis, & frequentes exequias itis, mortalitatis vestreæ vitæq; ἐφημέρες memoræ, de felici & pio transitu cogitate, ac D E O Opt. Max. Ecclesiæ suam Provinciam, Civitatem, & in ea Academiam ejusq; salutem & incolumitatem  
seriis precibus commen-  
date.

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus

ipsis Calendis Aprilis Anno

M.DC.LVI.





GK






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777385872/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777385872/phys_0016)

DFG

& hanc ob causam tam a' peregrinis qu  
 adama a tut, Imprimis vero venerans  
 excellens ac Experientissimus Dn.  
**CRANTZIUS** Practicus hujus Civita  
 celeberrimus, ut & illius filius defan  
 germani Dn. D. JOANNES, & Dn.  
**CRANTZII** Physici Reipubl. Straleſu  
 respective celebratissimi, magno am  
 genii & indefessum laborem ipsam pr  
 cum Matre senio confecta, Liberis,  
 cerbe lugent. Durante viduitate vari  
 bis, & quamvis graves morbi eam in  
 tamen diuturna invaletudo, corpore  
 befactarat. 8. Martii imbecillitas quæda  
 men præter lapsis aliquot diebus, & adh  
 medicamentis iterum remisit. Verum i  
 morbo crescentibus variis iisq; grav  
 quibus febris quædam scorbutica erat c  
 tibus passionibus Colicis, hysterics, &  
 as obnoxia videbatur, 13. Martii Dn. Gon  
 pl. Reverendum & Clarissimum Dn.  
**RIDEMANNUM**, ad se vocari jussit c  
 um Corporis & sanguinis Christi v  
 animi devotione accepit, & deinceps ab  
 temporis viribus, nec medicamentis ab  
 scriptis aliquid profitentibus, XXVII  
 die cum ultimam imminere horam ani  
 DEO Patri commendavit, & illis valed  
 Confessionario cum eo, quantum  
 de rebus divinis locuta est, & tandem  
 placide in domino obdormivit.  
 Ile cum illa actum esse scimus, quæ q



cognatisq  
 er Vir EX-  
 EL NEU-  
 vivis eset  
 rilli frates  
 US NEU-  
 ubecensis  
 iratem: in-  
 t ac simul  
 z Sorore a-  
 a fuit mor-  
 prefferint  
 tenue la-  
 sit que ta-  
 enientibus  
 te iterum,  
 ptomatis,  
 acceden-  
 quibus aR-  
 m Virtum.  
 OLAUM  
 nu salvifi-  
 mma cum  
 progressu  
 icorū præ-  
 tis Mensis  
 t, Liberos  
 literū Dn.  
 edebant,  
 tia amico-  
 haud ma-  
 s usurpari  
 olim